

& demonstrat. Alexander. conf. 64. m. 4. l. 4. Leander. Galgancet. de condit. p. 2. cap. 1. p. 1. n. 4. Iosephus de Rubens ad Lexm anu. ff. de condit. & demonstr. in proam. c. 3. num. 24.

53 Denique hac sententia satis (ni fallor) concludenter ex eo probatur, quod conditio, & forma pragmatica eo tantum tendit, ut ita demum minor ante decimum octauum annum matrimonium contrahenti, bonorum suorum, & vxoris administratio permittatur, si eum saltem annum attigerit, ut ex pragmatica verbis constat, illic. Pueda administrar en entrando en los diez y ocho su hacienda, verbum enim illud en entrando, est gerundium futuri temporis, idem importans, quod si intrauerit, atque addo conditionem, & formam praeuise obseruandam inducens, l. si in ex parte 75. alias 76. §. item si tu, illic. Nunguid dubitat virum ex substitutione aduendo Titiana patris habiturus partem esse, ff. de acquir. hered. iuncta glos. verbo aduendo, quae interpretatur idest si adierit, & apertius sub ea. l. id notat Bartol. num. 1. siue in ultim. notat Aretin. num. 2. & Angel. num. 3. idem Bartol. dicens, illud importare causam finalem, in extranea. ad reprimendam. verbo, ne ex eorum absentia, vers. Et hoc apparet ex natura gerundij, tit. quomodo in lesa maiest. crimin. proced. post vsus feud. Bald. in l. falsus 19. num. 6. vers. Adde quod natura, C. de fort. Salicet. in l. 1. num. 5. in fin. vers. Sed interdum conditionem facit, C. de his qui latentes, Socinus senior conf. 91. & 93. vbiq. num. 2. lib. 1. Petrus Philippus Corn. conf. 90. num. 5. vers. Quia gerundium, & conf. 143. sub eod. num. volum. 4. Philipp. Dec. conf. 433. num. 6. lib. 2. Marcabrum. conf. 19. num. 1. Caslan. conf. 33. num. 1. Schaft. Medicis in tractat. de acquir. rer. dom. glos. 1. p. 1. num. 4. Surd. de alim. titul. 5. quast. 3. num. 4. Leander Galgancet. de condit. p. 1. cap. 29. num. 18. Azeued. ad lib. 3. num. 47. & 48. titul. 14. lib. 4. noua compilat. Do. Ioannes del Castill. quotid. controuers. tem. 4. cap. 58. num. 27. & 28. Melchior Phebus decis. Lusit. 79. num. 3. Non ergo pragmatica nostra minoribus ab ingressu decimi octaui anni bonorum suorum, & vxoris administrationem fauorabiliter indulget, sub conditione, si ante eum matrimonium contraxerint, sed hoc eueniente casu fauorem eis indultum modificat, vt non alias eo potiantur, quam si, & ex quo etatem illam attigerint, alium non excludens casum, quo minores post eiusmodi etatem contraxerunt. Nec enim is* ex veteri iure suppleendus, ac decidendus est, iuxta regulam legis praecipimus 32. in fin. C. de appellat. cum similibus, sed ex ratione, initio ipsius pragmaticae, seu capituli 19. subiecta, quae hunc casum multo magis includit, & dictionem si, vt rationi ipsi, ac legislatoris menti deferuat, impropriari facit, vt nuper diximus, & ex num. 19. latissime comprobauimus. Multoque euidenter hac interpretatio fit, si inspiciantur verba illa pragmaticae quae paulo post sequuntur, & num. 14. per incuriam diminuta reculi, T de su miger si fuere menor, quibus quidem nemo dicit, necessitatem imponi minori, matrimonium contrahenti, ad hoc vt bonorum vxoris administrationem consequatur, quod illa fuerit minor tempore matrimonij, ita vt si maior fuerit, ipsa tantum bona sua administrat, non autem maritus minor, quod absurdissimum esset, & contra iura Regia, merito bonorum vxoris administrationem concedentia, iuxta superius tradita dissertat. 1. num. 4. & a num. 18. ac dissertat. 4. §. 3. atque ita memorata verba potius significant, administrationis fauorem concedi

minori nedum quoad propria bona, sed etiam vxoris, si forsan illa minor fuerit, & sub tutore suo constituta, eo quoque remoto, vt tanto magis minores ad matrimonium contrahendum inuiterent, quanto cumulatorum fauorem a Regia pragmatica consequuntur, ergo eodem modo accipienda sunt similia verba, quae praecesserunt. T se se casare antes de diez y ocho años, fidelit si forsan, vel quamuis ante tactum 18. annum vxorem duxerit, quia in iure frequentissimum est, vnam dispositionis partem per aliam declarari, l. heredes palam 21. §. si quid post, in fin. illic: Vel ex vicinis scripturis, ff. de testam. l. qui filius 17. l. si seruus plurium 50. alias 53. §. vltim. illic. Item eorum, quae praecedunt, vel quae sequuntur, l. numeris 75. in fin. illic: Nec ex contextu testamenti, ff. de legatis 3. lib. 1. ff. de reb. dub. leg. Mania 44. illic. Neque contextum verborum totius scripturae, ff. de manumissis testam. leg. quamuis, 15. illic. Tamen quia in inferioribus verbis, Cod. de fideicommissis & vbiq. communiter DD. glos. elegans verba verba, in l. ille a quo 13. §. si de testamento, ff. ad S. C. Trebellian. Bartol. in l. Centurio 15. num. 27. ff. de vulgar. & in authen. hoc locum, num. 12. in fin. Cod. si secundo nupser. malier. Socin. Senior. conf. 122. num. 4. vers. 2. quia verba dubia 3. volum. 1. conf. 13. num. 5. & conf. 21. numer. 16. volum. 3. & post alios Burgenis Marcus Salom. de Pace conf. 3. num. 81. Bonifac. Ruger. conf. 29. num. 1. lib. 2. Mantica de coniect. vltim. volum. lib. 6. titul. 13. numer. 1. Malcard. de probatiou. tom. 3. conclus. 1415. (alias 1417.) numer. 16. & 18.

DISSERTATIO VIII.

De generali liberatione, an ad debitum ignoratum, vel nondum liberanti plenè quascumque extendatur? ac de debiti praescriptione in communi, quanto tempore, & an cum bona, vel mala fide debitoris procedat? an item aduersus ignorantem ipso iure non curat, sed restitutione in integrum opus sit?

S V M M A R I A.

- 1 Falli species refertur, & num. sequenti,
2 Patronus operis p. q. ex vniuersis testatoris bonis fundati, vicem heredis gerit.
3 Liberatio generalis, vulgo huiusmodi, per verba vniuersalia, & pragmatica ab uno alteri facta puta omnium rerum, quas ille ipsi quacumque ex causa debuisset a debitis etiam ignoratis debitorem regulariter tantum reddit.
4 Neque tantum a debitis similibus ei de quo principaliter agebatur, sed etiam longe maioribus.
5 Non tamen extenditur ad debitum ex causa hereditaria, ignorata ab eo, qui liberationem facit.
6 In ad debitum hereditarium sola hereditatis additione per heredem quaeritur, ibid.
7 Liberatio, quantumcumque generalis, nihil operatur quoad ignorata, vel incognita, & multatim

- minis quoad debita nondum liberanti quascumque.
7 Actioni personali ex debito descendenti, per lapsum viginti annorum iure Regia praescribitur.
8 Lex, sicut in rem 3. C. de praescrip. 30. vel 40. ann. & l. 12. tit. 29. p. 5. 30. annos ad praescriptionem personali actionis exigentes, correcti sunt per l. 63. Tauri, quae est l. 6. tit. 15. lib. 4. compilat.
9 Lex 3. tit. 13. lib. 3. ordinamenti veteris, decennij tempus ad personam actionis praescriptionem duntaxat requirit, similiter correcti sunt per leges Tauri, & compilationis.
10 Anton. Gom. & Dicit. Perez taxantur, qui d. l. 3. ordinamenti restringebant ad obligationem, ex obitographo descendente, cum generaliter loquuntur, & sic in omni obligatione procedat, ut declaratum est in d. l. 6. compil.
11 Leges vel constitutiones generales, aut particulares temporali praescriptione debitum excludentes non obstant mala fide debitoris, velut peccati mortis ipso iure nulla sunt, & in neutro foro seruanda.
12 Hac regula procedit eo tantum casu, quo leges vel statuta expresse malum fidem admittunt, seu si simpliciter petitioni debiti certam meram praescribant quia intelligenda sunt data bona fide debitoris.
13 Michael Zipbontanus, contrarium existimans, taxatur.
14 Praescriptio actionis merè civilis puta ad exequendum, reddendum, vel similia etiam cum mala fide debitoris, imò & contra Ecclesiam, & loca pia procedit in eoque sensu Zipbontani sententia defenditur.
15 Debitori succedens, bona fide debitum praescribere praesumitur, quasi a debitore solutum, si de ipsius debitoris mala fide non constet secus alius, quicquid nonnulli reclamant, idque ad propositam huius dissertationis hypothese[m] applicatur.
16 Debitorem defunctum in mala fide fuisse qualiter probetur.
17 Solutio debiti ex lapsu temporis, ad impetendam iure Regia praescriptio, ab eodem iure praesumitur, non sola inuis praesumptione, sed & iuris, & de iure, quae probatiouem in contrariam non admittit, nisi ex debitoris confessione, quicquid dubitet D. Couar.
18 Lex post certum tempus debiti solutionem desinit praesumens, praescriptionem simul inducit.
19 Praescriptio, solutioni similis quoad hoc habetur, vt praescriptionis exceptione opposita, liberationem debitor consequatur ac si veri soluisset.
20 Praescriptio in specie hic proposita obiecta tria obstacula in hac dissertat. expenduntur, & sigillatim remouentur.
21 Praescriptio ex se non sufficit ad tollendam debitum, nisi quatenus arguit solutionem ex transcurso temporis, Regis legibus desinit.
22 Debitor, a quo post viginti annos iure Regia desinit, debitum exigitur, ex multorum sententia non aliter temporis cursum se tueri potest, quam si simul solutionem allegat.
23 Contraria sententia tanquam verior defenditur, quod solutio non sit formaliter, & expresse necessario alleganda, & quare? cum duobus numer. segg.
24 Lex non est imposita verbis sed rebus.

- 25 Solutionem allegare licet debitori, qui debiti praescriptione nititur, ad obtinendam tamen sit, non tamen id iure Regia desideratur, sed sufficit simpliciter praescriptionem allegare, vt & solutio implicite deducta censetur.
26 Debitor, de cuius mala fide non apparet, vel eius successor, qui pro debito contentus, simpliciter pro se debiti praescriptionem allegat, videtur cum iniuri requisiti, nempe bona fidei, & praesumpti solutionis tituli eam allegare, adeoque a petitione actoris iuxta leges civiles absoluitur est.
27 Quod maxime procedit in herede debitoris.
28 Praescriptionem allegans, videtur etiam bonam fidem implicite allegasse.
29 Debitoris heres pro eius debito contentus, si illius malam fidem non inspicitur, sed ea etiam suspensa, iactari se velit longi temporis praescriptiones audiendus non est.
30 Praescriptionem non curere aduersus ignorantem ius sibi competens, vel scilicet, & ex quo tale ius competit, nonnulli existimant.
31 Scientia, maxime in facto alieno, regulariter non praesumitur, sed ignorantia petiti.
32 Praescriptionem etiam contra ignorantem ius factum, vel factum, ex quo descendit illud, ipso iure regulariter curere, tamquam certius, ac receptius defenditur, & num. segg.
33 Lex in C. de praescrip. longi temporis in verbis, nulla scientia, vel ignorantia expectanda, optime intelligitur contra Petrum de Perusio, qui dum alios eam non intelligere iactat, ipse eandem praescriptio ignorat.
34 Euenit a mala fidei possessore, praescribere nequit rem a se comparatam, si dominus ius suum ignoret.
35 Lex si partem 19. §. ff. quemadmodum, seruit. amittit, expeditur ibidem.
36 Praescriptio, licet curat contra ignorantem ius suum, vel factum, ex quo illud proniti ignoranti tamen restituito competit ex generali clausula si qua mihi iusta causa videbitur, id quod late probatur, & exornatur.
37 Communis sententia, quae restitutionem concedit etiam aduersus longissimam praescriptionem 30. vel 40. annorum, aq. ior, & tunc est, ac magis communiter recepta, in praxique seruanda.
38 Restitutionem ex capite ignorantia etiam aduersus centenariam praescriptionem competere nonnulli defendunt, & communem esse sententiam testantur, quae tamen auctori valde dubia videtur, & quare? cum duobus nu. segg.
39 Praescriptionis inducenda praecipuus sibi consistit in minuendo licet.
40 Ignorantem suo iure priuari, adeoque sine culpa puniri, si id ex iusta causa fiat, inconueniens non est.
41 Lex cum lex 55. ff. de adilitio edicto, & l. temp. 15. §. hoc interdictum, vers. Sed si is, ff. quod vi, aut clam, procedat in prioris actionibus, quae non producuntur in esse, nisi cum certa certi temporis utilitas, quod non currit non valentibus agere.
42 Actiones civiles, in quibus certum tempus ad agendum statuitur, cum sui natura sine perpetua, ipso iure etiam aduersus ignorantem praescribuntur.
43 Tempus in dubio praesumitur continuum ibidem.

- 43 Tempus praescriptionis debiti, non est computandum ab eius declaratione per debitorem facta, sed a tempore contracta reuera obligationis.
- 44 Declaratio nihil noui inducit.
- 45 Facti proprii ignorantia omnino inuicibilis est.
- 46 Patrimonij sui vires quisque scire praesumitur, & an haec regula sit absolute verata cum n. 48.
- 47 Iura & actiones pertinent ad patrimonium, seu bona cuiusque.
- 48 Facultatum suarum vires ignorare potius quis praesumitur quam scire, ex vniuersa sententia.
- 49 Factum proprium, si fuerit implicitum, iuste quis ignorare potest.
- 50 Vel si factum a se sit, dum nullus esset negotij implicatus.
- 51 Debitum potest quid esse alicui, non ex facto, aut negotio eius, sed alieno, puta ex negotio, ipso absente, vel ignorante ab altero gesto, vel ex legato ipse ignoranti relicto.
- 52 Actioni hypothecariae, minori quam 30. ann. tempore minori minime apud nos praescribitur.
- 53 Debitur, cum in inuentario bonorum, vel alta scriptura, in qua sua debita declarat, simpliciter asserit, bona sua ad eorum solutionem obligata esse, non videtur ex eo facti illa esse principaliter hypothecata, sed obligata tantum in consequentiam persona, prout a iure inest, & consequenter hypothecariam actionem non inducit in suorum creditorum, si de hypotheca aliter non appareat, & quare?
- 54 Bona intelliguntur, qua supersunt deducto ere alieno, ibidem.
- 54 Inuentarium bonorum a marito, matrimonium contrahendo, in eius initio fieri, valde apud Hispanos constitutum est, ut eius capitale postea cognoscatur.
- 55 Bona omnia, qua soluto matrimonio ultra dotem, vel parapherna uxoris, reperta fuerint, viri, & uxoris, communia praesumuntur.
- 56 Testibus deponentibus bona, qua soluto matrimonio reperuntur, utriusque coniugis communia esse, magis creditur, quam asserentibus esse vnus propria.
- 57 Marito, ut omnimodo communionis bonorum periculum euitet, consulitur, ut in matrimonij limine bonorum descriptionem, seu inuentarium faciat.
- 58 Inuentarium bonorum etiam constante matrimonio fieri a marito potest, dum tamen fiat iudicis auctoritate, & citata parte uxoris, vel eius defensoris.

Hieronimus Romulus a Folla, matrimonium contracturus Hispalen 9. die Junij anni 1598. solenne coram tabellione inuentarium confecit bonorum, quae tunc temporis habebat, ac nomen, quibus adstrictus erat, sub iurisdictione quoque religione, inter quae declarauit, ipsius bona obnoxia esse solutioni duorum millium nonagitorum, ac quinquaginta regalium, siue argenteorum nummorum, vulgo reales quos sedere dixit Andreae Philippo in Indiarum partibus tunc absenti, in oppido nempe de la Habana, quo loci hic Andreas 7. die Maij anni sequentis, & sic annum ceterit ad dicto inuentario, ac declaratione, testamentum, sub quo decessit, condidit, in eoque heredem instituit bonorum, quae Hispaniae habebat, D. Franciscam Sanchez uxorem Ioannis a Palma, Hispalensis civis, quod testamentum idem Ioannes comprobari fecit 22. die Septembris anni 1620. eiusque virtute simul

ac testamentum Franciscæ Sanchez uxoris, quae in vltimo suo elogio, quod condidit 18. die Februarij anni 1614. ipsum Ioannem, eius maritum heredem vniuersalem fecerat, conuenire cepit 3. die Martij anni 1621. Iosephum Folla, a dicto Hieronymo Romulo Folla patronum relictum, & executorum eiusdem patronatus, operisque pij, ab eodem Hieronymo, dum in extremis ageret, ex vniuersis ipsius bonis fundati, adeoque heredis vices gerentem, iuxta ea, quae cum pluribus resoluunt Parlador lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 3. p. 5. n. 8. & 4. p. 5. n. 3. Gundissaluis Paz in praxi 3. tom. cap. 5. §. 4. num. 48. Aluar. Valasc. consular. 68. num. 4. Marius Giurba ad Statuta Senatus Messanensis c. 2. gloss. 10. p. 1. num. 19. Accacius de Ripol. variar. resolu. cap. 1. de iurisdiction. omn. iudic. num. 502. cepit inquam conuenire patronum illum pro memoratis 2950. regalibus, quos in relato inuentario sub iuramento idem Hieronymus se dicto Andreae Philippo debere declarauit, cuius Andreae hereditatem Ioannes a Palma praetendebat ad se transmissam esse ex pectore Franciscæ uxoris, quae ab illo haeres instituta, ipsum Ioannem maritum postmodum scripsit heredem, & inferior quidem iudex dictum Iosephum Folla patronum, ac patronatus bona ad solutionem dictae quantitates condemnauit, a qua sententia patronus nostrum prouocauit Senatui, & cum ordinarij iudicis sententia in eo confirmata fuisset, iterum ab hac confirmatoria sententia supplicationem ad eundem Senatui interposuit, qui diligentius, ac maturius re perpena, utramque sententiam reuocandam censuit, reum ab actoris petitione, penitus absoluens me iudice 30. die Junij anni 1623.

Neque Senatui mouit generalis liberationis, quam siniquio vulgo dicimus, instrumentum, a patrono productum, ex quo eam factam fuisse constitit ad Ioannem a Palma, & eius uxore dicto Hieronymo Folla, debitori Andreae Philippo, cuius illi personam referebant, omnium rerum, quas ipse quacumque ex causa Hieronymus debuisset, nam licet haec liberatio, cum adeo plena & generalis fuerit, ipsum omnino, etiam a debitis ignoratis tutum reddere videretur, iuxta reg. Tex. in l. pluribus 6. vers. Si non apparet, ff. de acceptilat. & eorum, quae post Bart. & alios ibi, resoluunt Alex. cons. 42. num. 8. lib. 1. cons. 11. num. 7. 12. & 15. lib. 2. cons. 68. num. 6. lib. 5. Surd. cons. 267. in 13. & 14. lib. 2. & dec. 1376. num. 1. 2. 3. & 4. ac dec. 217. a. n. 9. & 14. Seraph. dec. 317. num. 3. p. 1. & alij, quos referunt, & sequuntur Vincenr. Hondedeus cons. 49. num. 9. lib. 1. Tulc. pract. concl. tom. 5. lib. 1. concl. 326. a. num. 91. Farin. decisionum recentissimè nouissimarum, seu postularum p. 2. dec. 409. n. 3. quoniam non tantum a debitis similibus ei, quod quod principaliter agebatur, sed etiam longe maioribus propter verba illa, quacumque ex causa, vt in terminis resoluunt Marc. Anton. Natta cons. 410. num. 7. lib. 2. Curtius iunior cons. 191. num. 21. lib. 3. late Hondedeus cons. 49. num. 11. cum 6. sequentibus. & latissime innumeris congerens, ac Hispal. Senatus decisionem referens D. Ioan. del Castill. quotidian. controuers. lib. 4. cap. 4. 2. ex num. 33. adhuc tamen extendi non potuit ad debitum illud hereditarium, quod Hieronymus tenebatur Andreae Philippo cui Franciscam Sanchez, & Ioannes a Palma eius maritus, heredes existerent, quia quo tempore liberationem fecerunt, nempe 28. Junij die anni 1600. & sic paulo post annum a die testamenti, in Indiarum partibus facti

nedum Andreae Philippo debitum, eiusdemque Andreae testamentum, quo Franciscam heredem instituit, verisimiliter quoraturunt, nam & id non nisi post multos annos, nempe anno 1620. comprobatum est, sed & si maxime scirent, ius ad debitum illud minime acquiscerunt, quippe quod sola hereditatis aditione quaeritur, cum heredes 23. ff. de acquir. possess. & neutro casu liberatio quantumcumque generalis aliquid operatur, quia ad ignorata, vel incognita non extenditur, multoque minus ad debita nondum quaesita, quemadmodum apparet ex l. tres fratres 35. & l. cum emptor 47. §. Lucius, ff. de pactis, l. cum Aquiliana §. l. qui cum tutoribus 9. in prin. & §. 1. ff. de transact. l. si de certis, 31. C. eod. tit. l. mater decedens 19. vers. Caserum ff. de inoffic. testam. l. fin. §. idem quasi. ff. de condit. indebitis l. Lucius Titius 12. in fine & l. Aurelio, 20. §. Caius, vbi Bartol. & alij ff. de liberat. leg. a. l. qui Roma 12. §. vlt. iuncta gloss. vlt. vers. Sed in primo in prima solutione, recepta a Bart. num. 4. & ceteris communiter secundum las. num. 4. & 47. & Rip. num. 10. 12. & 12. ff. de verb. oblig. l. 1. 4. tit. 18. p. 3. l. 30. tit. 11. p. 5. & in terminis huiusmodi generalium liberationum, & transactionum, aliarumque dispositionum, vltra ordinarios in dictis locis, vtiliter resoluunt Dynus Mexelanus cons. 114. num. 3. & 4. lib. 2. Alexand. cons. 170. num. 8. lib. 2. Socinus iunior cons. 129. num. 65. & 66. lib. 1. & cons. 116. num. 19. lib. 2. Paris. cons. 89. num. 40. & 41. vol. 3. Laurent. Siluar. cons. 49. num. 1. a. 46. 55. & 54. Guid. Pap. §. de dec. 228. num. 1. a. 46. 55. & Ant. Nata cons. 546. num. 14. & 15. & 16. lib. 3. Tiraquel. in tract. cessante causa 1. p. num. 146. Antoni. Gabr. commun. conclus. lib. 6. tit. 11. de reg. iur. conclus. 4. num. 1. cum segg. Gomezius Legionensis in centuria informationum, ac decisionum nostri Senatus Hispalensis, dec. 78. eleganter Petr. Surd. dec. 217. a. num. 1. ad 8. & num. 15. lib. 1. & cons. 418. a. num. 7. lib. 4. Elcouar. de ratiociniis c. 40. a. num. 9. & 20. Gut. de iuram. confirm. 1. p. cap. 61. num. 21. Seraphinus de priuilegijs iuramenti priuilegij 7. 4. num. 139. §. priuilegij 119. num. 1. Cardinalis Domini; Tufelius d. conclus. 326. n. 1. 2. 4. 5. & 66. & tom. 2. lib. 2. conclus. 754. ex num. 1. Stephanus Gratian. dispensation. forens. tom. 1. cap. 134. num. vlt. & tom. 4. cap. 737. num. 11. cum sequentibus, Ant. Faber. in Codice, quem sui nominis inscripsit, lib. 2. de transactio. definitione 6. & 12. Farin. dec. noni sumar. tom. 1. dec. 549. num. 3. ac post multos alios, longa serie a se congeitos, D. Ioannes del Castillio, post haec scripta visus, quorid. controuers. lib. 4. cap. 41. num. 72. & 73. & cap. 42. ex num. 2. ad 12. & rursus a num. 49. & lib. 5. tom. 6. cap. 116. per totum, maxime ex num. 9. nouissimè Diodorus Tuldenus; qui & alios citat, de iur. prud. ex temp. lib. 2. cap. 19. vers. Conuentiones. Ex alijs itaque in proposita specie Senatui motus est: ac ex duobus potissimum fundamentis, & eorum quolibet, quae ne nimis prolixus videat, nec tamen propterea quicquam ex necessarijs omittant, non hoc loco tantum, sed & tribus sequentibus dissertationibus profertur.

7 Primum itaque fundamentum in eo est, quod a die dicti inuentarij, ac declarationis debiti, ad diem actionis in iudicio propositae, anni plusquam viginti lapsi sunt, quibus actioni personali ex debito descendenti, plane apud nos praescribitur. l. 63. Tauri, quae est l. 6. tit. 15. lib. 4. noua compilat. correctae imprimis * l. ficut in rem 3. Cod. de praescript. 30. vel 40. annorum, triginta an-

nos exigente, cui conuenit lex 12. tit. 29. part. 3. vt notat ibi Greg. gloss. 1. deinde abolita * l. 3. tit. 13. lib. 3. ordin. veteris, quae decennij tantum tempus ad eam rem desiderabat, nec enim accipienda dumtaxat est in obligatione descendente ex chirographo, seu scriptura priuata, vt diuinatorie nimis eam legem intellexere Anton. Gomez. in dist. l. 63. num. 2. ad med. vers. Ex quibus, & tom. 2. variar. resolu. cap. 2. num. 82. vers. 2. & principaliter Didacus Perez in l. 4. d. tit. 13. §. of. vnic. ad finem, nec aliter limitanda, vt plerique alij voluerunt; sed generaliter potius exaudienda; cum indistincte loquatur, adeoque necesse sit, vt per dictam legem 63. correctam manserit, quod (vt amplius in discrimen non vocaretur) aperte cautum est in d. l. 6. compilat. vt recte aduertunt Ioannes Parlador, libr. 1. rerum quotidian. cap. 11. §. 12. num. 1. Gundissaluis Paz in praxi 4. part. 1. tom. cap. 3. num. 14. & 15. Gutierrez in l. nemo potest, num. 491. ff. de leg. 1. & nemine horum relato Azeued. in dist. lib. 6. num. 47.

Nec dicatur, leges istas, & similes, debitum temporali praescriptione excludentes, vt pote malam fidem fouentes, ac peccati nutritias, ipso iure nullas esse, & in neutro foro seruandas, iuxta reguli. Text. in cap. vigiliam §. et in cap. fin. iuncta gloss. 4. vers. Vel dicat, & communi, statim referenda, de praescript. & in terminis tam iuris communis, quam huiusmodi statutorum notatum post Angelum num. 1. contra Bartol. sub eodem num. Alexandet. in eius additione. Paulus Castr. num. 4. Imol. ex num. 18. & Raph. Cuman. num. 3. in l. 4. §. si videri ff. de vsucap. Bartol. libi contrariis num. 24. & post alios Ioannes Bapt. ex num. 59. Ioannes Crotus a num. 71. & Ioannes Horof. num. 75. in l. omnes populi §. ff. de iust. & iure, Abb. ex num. 10. vers. Sed aduerse (qui & Bartol. de contrarietate notat) ac ceteri communiter in cap. fin. de praescript. Alexandet. cons. 185. a. num. 26. lib. 2. cons. 14. num. 1. lib. 3. & cons. 63. a. num. 7. ad 10. in clausula, lib. 4. & cons. 51. a. num. 2. lib. 5. Decius cons. 265. num. 4. post med. vers. Nec obstat quod partui, & cons. 266. num. 5. lib. 1. Augustin. Berou. quest. 5. num. 2. Rebus. ad l. condiciones 10. §. primam autem vers. Sed an valeat, ff. de verb. significat. Franciscus Balbus de praescription. 2. part. 3. principalis, & late per numeros sequentes, maxime num. 1. in fine, & num. 4. ac tota quasi sequenti. Tiber. Decian. cons. 2. num. 190. cum segg. libr. 1. Ioannes Burlatus cons. 66. numer. 8. tom. 1. Fachinus controuers. iur. libr. 1. cap. 63. vers. Quinta, & postrema, & cap. 68. in 1. & 2. conclus. Pater Leonardus Lælius de iustit. & iure lib. 2. cap. 6. num. 19. & 20. Cardin. Dominicus Tusch. practice. conclus. tom. 6. littera P. conclus. §. 21. num. 25. & 32. ac post innumeris alios Petrus Gilchen. de praescriptionibus part. 2. membr. 2. cap. 3. num. 1. qui hanc sententiam approbat, & omnino tenendam dicunt, contrarij reiecti, quod & ex nostris Regnicolis affirmantur, nedum communem, sed & magis communem esse professi Petr. Dueñas regul. 6. vers. Contartium, inter regulas iuris Doctorum libr. 1. verbo actio personalis exiungitur, Dom. Praes Couart. in regul. possessor. 2. part. §. 9. ex num. 3. & §. 11. num. 4. 5. & 6. D. Molina. de Hispal. primogen. lib. 2. cap. 6. num. 67. Menchaca de success. cheat. §. 10. ex num. 26. vers. In contrartium tamentu ipse sibi parum constans contrarium netuose defendat lib. 1. controuers. illustr. cap. 76. Didac. Petez ad lib. 1. gloss. 1. in princip. vers. probatur, tit. 2. lib. 1. & ad d. l. 3. gloss. vlt. 1. vers. Est notandum, tit. 13.

titul. 13. lib. 1. ordinam. Gutierrez. in d. l. nemo potest, num. 206. & 180. circa fin. vers. Tamen contrarium ac num. seg. ff. de legat. 1. Parlad. d. lib. 1. ver. quosdian. cap. 1. §. 1. num. 16. Azeved. in dist. l. 6. compilar. a num. 52. Felician. de censib. lib. 2. cap. 1. nu. 31. D. Pichard. ad princip. inst. de literarum obligat. num. 16. 17. 18. Pater Ludouic. Molin. de iustit. & iur. tom. 1. tractat. 2. distit. 66. num. 5. & 6. & dist. 67. num. 3. Hieronym. Ceuallus pract. quest. commun. contra commun. lib. 1. quaest. 173. in princip. & rursus ex num. 1. Petr. Barbol. in rubr. C. de prescript. 30. vel 40. ann. a num. 325. vers. Secunda opinio, maxime num. 336. Huiusmodi namque *sententia (vt & ipsi DD. agnoscunt) ita demum vera est, ac procedit, vbi statuta, leges expressè malam fidem admitterent, ceu videre est in legibus iuris communis, illam vel ab initio, vel saltem in progressu admittentibus, quas & ius nostrum Regium probant in l. 12. & 21. vbi idem quoque adnotauit Gregor. Lopez gloss. 2. vers. Neque teneret, titul. 29. part. 3. secus si simpliciter petitioni debiti certas metas praestituant, vt in d. l. 3. ordin. dist. lib. 63. Taur. & d. l. 6. compilat. aliique, quarum nuper relati meminere; neque enim alias as alienum lapsu temporis excludere censentur, quam stante bona fide debitoris, quicquid * contrarium, vt procedant etiam stante mala fide, velit Michael Ziphontanus in dist. l. 63. quaest. 2. cuius sententiam (quemadmodum ex D. Couar. dilige fas est) licet * respectu actionis merè ciuilibus (puta ad exequendum, redhibendum, vel familia competentis) absque difficultate nostri admittant etiam contra Ecclesias, & loca pia, maxime Anton. Gomezius in d. l. 63. Taur. num. 1. circa finem, vers. Et adde, quod istud ius, Parlad. dist. lib. 1. cap. 1. §. 12. num. 3. & 5. & post alios Azeved. in l. 6. titul. 15. lib. 4. noua compilat. sub num. 15. & 18. D. Ioan. Bapt. Valenquel. conf. 168. num. 39. tom. 2. at respectu personalis actionis, ex debito descendentes (de qua loquimur) frequentius improbant, verius merito existimantes, leges illas in dubio bonam fidem praesumere tamque subesse posse nonnullis exemplis probant Menchac. d. l. 26. cum duobus segg. Did. Perez, & Gutier. sup. atque alij relati a Parlad. dist. §. 11. num. 15.

Inter quæ & illud connumerant, si quis in bonis debitoris successerit, iuxta reg. l. qui in alterius 42. ff. de reg. iur. dummodo alias de mala fide defuncti non apparat; nam si de ea constet, haeres etiam ignorans ac bona fide suffultus, debitum non praestibet, iuxta ea, quæ tradit Balbus d. 2. part. 3. principal. 7. l. qu. num. 4. quem sic recte intelligit Gutier. in d. l. nemo potest, num. 483. idque verius, ac receptius esse resoluunt cum multis Tiraquel. de prescript. §. 1. glo. 2. vers. Nec sufficit, D. Praes Couar. in reg. possess. 2. p. §. 9. num. 1. Menoch. de recuper. rem. 15. num. 618. Ioan. Oinotomus ad tit. inst. de vsucap. c. de speciebus praescriptionis, num. 68. P. Molin. de iust. & iur. tom. 1. tractat. 2. distit. 85. conclus. 2. sine num. 4. Burlar. conf. 23. num. 20. volum. 1. Hippol. Riminald. conf. 214. num. 67. volum. 2. Achil. Pedroca conf. 36. a num. 70. volum. 1. Fach. lib. 1. controuers. cap. 66. & lib. 8. cap. 27. Donel. lib. 5. comment. cap. 10. vers. vltim. & ad eum Hillig. alios congerens li. M. Anton. Vazq. de Chaus de vsuc. l. p. a. n. 60. quicquid reclamant Dynus Muxellanus, & plerique alij congesti a Tiraquel. d. gl. 2. vers. Sunt tamen, & a D. Cou. & aliis proximè relatis, quibus incaute accedit Felician. d. lib. 2. c. 1. n. 32. vers. Has

tamen, id quod in specie nostra planè verificatur, cum Iosephus Folla, Hieronymi successores fuerit in patronatu ab eo instituto, adeoque iuste existimate potuerit, vel nihil cum debere, vel si quod debitum contraxerat, ab illo iam solutum esse, quod etiam iure praesumitur; nec enim constitit, defunctum in mala fide fuisse, quod * tunc demum contingeret, cum expresse dixisset probaretur, se id debitum non soluturum, a quo tantum abfuit, vt potius in inuentario, a se in vita confecto bonam fidem agnoscens debitum sub iureiurando declarauerit, vt in facto posuimus, quare eadem quoque bona fide possibile fuit, id se ante mortem soluisse, quod sufficit ad excludendam eius malam fidem in retinendo debitum, vt cum adminiculo praesumptæ successoris ignorantiae, ac tanti temporis, quod debito illo actum non est, solutionem praesumere licet potuerit, cum * & in debito ipso ex solo temporis lapsu eam praesumat, non ordinaria tantum iuris praesumptione, sed iuris, & de iure, quæ probationem in contrarium non admittit, aliter quam ex debitoris confessione, iuxta ea quæ ex mente Romani & aliorum tradit D. Couar. in reg. possessor. 2. p. d. §. 1. num. 6. vers. 3. inferior, quicquid postea in fine illationis contrarium tutius esse magis probet, cui vel ex eo non possum assentiri, * quod lex praesumptione illa, debiti praescriptionem planè inducit, vt rectè post alios aduertit Parisius in addit. ad Barr. in d. l. omnes populi n. 24. Quæ * sane praescriptio solutioni similis habetur, quoad hoc nimirum, vt exceptione saltem praescriptionis opposita, non minus quam si verè soluisset, liberationem debitor consequatur, l. si pupillus 45. in fin. ff. de administ. tut. quam sic rectè intelligunt post Bart. n. 4. & alios ibi, Felinus in c. ad aures 6. n. 5. de praescription. Rofredus Beneuentanus q. 18. num. 7. & 18. & vitra alios Balbus, qui eam ad hoc notabilem dicit, de praescriptionibus l. p. principalis, q. 6. n. 4. Gilchen. eodem tract. p. 1. cap. 4. n. 12. & n. 36. Gratian. reg. 450. n. 12. Aucundan. de exeg. mand. 2. p. c. 30. n. 11. Ceualli. pract. q. tom. 1. q. 397. n. 2.

Verum quia licet hæc ita procedant, aliqua tamen in proposita nostræ litis specie incurere videntur obstacula, ne praescriptio huiusmodi admittenda sit, siue verius actoris replicationes aduersus except. rei, sigillatim illa, seu illas expendere, ac remouere operæ pretium erit, & quibus, quoniam omnia hic profectui longum esset, tria tantum, quæ faciliorem, ac breuiorem, solutionem habent, hoc loci enodabimus cetera verò quoniam ampliorum, ac difficiliorem materiam continent, iduabus sequentibus dissertationibus expediemus.

Primum ergo obstaculum illud erat, quod praescriptio ex se non sufficit ad tollendum debitum, nisi quatenus arguit solutionem ex transcurso temporis, praefatis legibus definiti, iuxta ea quæ nuper dicebamus, & in terminis aduertit eleganter Berouius rub. de prescript. num. 48. vers. Et si diceret, adeoque excipienti ne fauere, nisi solutione per eum allegata, quod in praesentiarum factum non est, sed reus dumtaxat temporis praescriptione nitebatur, quæ cum mala fide debitoris procedere non potest, vt supra quoque ostendimus & in terminis aperit magis Gutier. in d. l. nemo potest, numer. 200. 201. & 484. qui * & sic in praxi seruari testatur, vt per debitorum nempe allegatorum solutio, & ad eam probandam temporis cursus inducatur, quod & ipsum docuit Azeu. in d. l. 6. compilat. n. 65. Felicianus, alios quamuis pa-

rum fideliter citans, d. lib. 2. de censibus c. n. 21. post medium, vers. Cessare vero, & quoad similem Luitantæ ordinationem Ant. Gamma decis. 334. n. 7. ac post plures alios Pat. Tho. Sanch. de mar. lib. 7. dist. 37. n. 17. Jacob. Cancet. var. resol. lib. 2. c. 14. n. 1. D. Franc. Hier. Leo decis. 239. a n. 10. 10. 2. Mar. Giurb. decis. Sciliaz. n. 11. Cui tamen obstaculo facile (ni fallor) occurrit, negando assumptum, * quippe quod Regis legibus non probatur, quæ vt debito praeribatur, solutionis allegationem non exigunt. Nec obstat, leges illas, vt iustæ sint, bonam praescribentis fidem supponere, atque ad eò velle, temporis praescriptionem ita demum debitori proficere, si praesumpta solutione per eum allegata nitatur, quia nec id absolute concedimus, non enim Regiarum legum mens ea videri debet, vt formaliter, & expresse solutio ipsa necessariò alleganda sit, ne * verbis potius, quam rebus lex videatur imposita, contra reg. Tex. in l. 2. C. communi de legatis, & in c. commissa 35. de elec. in 6. quamquam * solutionem allegare longè tutius, ac consultius foret, ad difficultatem omnem sopiendam sed vt id saltem tacite, & implicite fiat, quod sufficit, iuxta regulam, quæ vulgò desumitur ex l. cum quid 3. ff. de reb. cred. si cert. per. Id vero * tunc accidit, cum de mala debitoris fide non apparente, si. vel eius successore, pro debito contentus, simpliciter pro se praescriptionem allegat, quia videtur eam cum iuris requisitis, bonæ scilicet fidei, ac praesumpti solutionis tituli allegare, arg. l. sciendum 30. ff. de verb. oblig. & §. scriptum instit. de inutilibus stipular. & ex reg. legis non vique 9. de exception. cap. exceptio 63. de reg. iur. in 6. quam pluribus exornat Anto. Gomez tom. 3. vari. c. 12. num. 16. vers. 1. adeoque à petitione actoris iuxta leges seculares absoluendus est, & * maxime heres debitoris, in quo facilius bona fides praesumitur, vt cum Philippo Corneo, conf. 277. n. 3. lib. 4. obseruat rectè D. Praes Couar. in d. reg. poss. 2. p. §. 11. n. 6. vers. 5. illud est adnotandum, nam & alias * generale est, vt praescriptionem allegans videatur etiam bonam fidem implicite allegasse, vt docuit Abb. num. 34. in cap. fin. de prescript. Rom. conf. 77. n. 1. sequuntur, & declarant optime Alexan. conf. 200. vers. Nam Albertus, lib. 2. Dec. conf. 266. num. 5. circa finem, vers. Allegatio tamen, lib. 1. idem in leg. cum quid 3. 1. lectu. num. 25. ff. si cert. petat. & in l. non hoc, num. 3. vers. Et ad praedicta, Cod. unde legitimi, Parlad. in sesquicent. quosid. differentiar. dist. 41. num. 15. & 16. cuius contrarium eueniret in specie nostra * si malam fidem fidei obiectam debitoris hæres, non negaret, sed ea etiam supposita, tueri se vellet longi temporis praescriptione; huiusmodi siquidem allegatio; nihil ei opularetur, iuxta ea, quæ superius tradidimus numer. 17. & in terminis propositæ se doctrinæ exemplum subiungens, obseruat Gutierrez. in d. l. nemo potest num. 483.

Deinde superius fundamentum ex eo enutuati videtur, quod ad praescriptionem opus sit scientia eius, contra quem praeribitur, iuris nempe sibi competentis, vel facti, ex quo ius sibi competit, neque alias contra eum praescriptio curret, vt arguunt l. cum sex 55. illic. Non videbitur potestatem experiri habuisse, qui vitium fugitini latens ignorauit, ff. de ad. edito, l. 15. §. hoc interdictum, vers. Sed si is, in fin. ff. quod vi, aut clam, & similia, docuit in terminis Petrus Waldis à Perusio in tractat. de canonica Episcopali cap. 2. num.

25. & 26. quem refert, & sequitur Petrus Philippus Corneus, conf. 328. num. 40. & vltim. colum. 1. Ludouic. Auenda. de censib. cap. 105. num. 6. scientia autem * maxime in facto alieno (quale in specie nostra fuit declaratio à Hieronymo facta) regulariter non praesumitur, sed ignorantia potius, l. 3. ff. de iuris, & falli ignorantia, l. fin. in fin. ff. pro suo, reg. praesumitur, lib. 6. cum adductis à Menoch. de praesumpti. lib. 6. praesumpt. 23. n. 15. eoque magis in calu nostræ litis, quod a die dictæ declarationis Hispalit factæ, vsque ad Andream Philippum mortem apud Indos, in cuius fauorem illa emanauit, nondum annus lapsus est.

Verum & hic obex non nimis difficilem euasione habet, ei namque faciliter sit satis, negando maiorem, est enim longe verius, etiam contra ignorantem ius suum, vel factum, ex quo descendit illud, ipso iure regulariter praescriptionem currere, tamen si ignoranti restitutum competat ex generali clausula, si qua mihi iusta causa videbitur (quæ tamen in praesentiarum petita non est) quemadmodum primum constat * ex l. fin. C. de praescriptione longi temporis, illic. Nulla scientia, vel ignorantia expectanda, quæ verba perperam Petrus refert ad solam ignorantiam possessionis alienæ, ex qua praescriptio causatur non verò iuris sibi competentis ad eam impediendam, illud nimis petulanter addens, legem illam pro contraria sententia allegantes, eam non intelligere; nam imò ad hæc etiam ignorantiam, vt praescriptionis cursui nihil obstat, relata dictæ legis verba referri necesse est. Tum ex eo, quod generalia sint, nec vllam distinctionem faciant, ex reg. l. de pretio 8. ff. de publ. in rem act. l. 1. §. generaliter, ff. de legatis praesent. cum similibus. Tum etiam quia * specialiter in eumento à male fidei possessore hoc nouissime statutum est, vt praescribere nequeat, si dominus ius suum ignoret, in authentic. mala fidei, C. illo titul. cum corpore, vnde sumitur, leg. 19. vers. Euerat vnde titul. 29. part. 3. quare in contrarium regula firma manet, iuxta vulgaria iura, pro quo & facit optimus Textus, in l. si partem 19. §. 1. ff. quemadmodum seruitus amittatur; secundum verò, hoc est * restitutionem ignoranti aduersus praescriptionem competere, deducit ex reg. legis 1. in fin. & legis sed & si per Praetorem 26. §. fin. vers. scilicet. Item inquit Praetor, ff. ex quibus caus. maiores in integ. restituuntur, iuncta l. Atticinius 35. ff. de seruitutibus rusticorum praediorum, & l. 1. §. si quis propter, ff. de itinere, & aliuque priuato; & vitrumque in terminis d. legis si partem, §. 1. notat Accursius, ibi, verbo non vitando, & in l. si se constituta 7. verb. vna seruitus, post medium, ver. nec distinguo, ff. eod. titul. ac in simili specie idem Accursius in l. 1. scholastic. l. C. de patria potesta. & in l. 2. scholastic. vltim. vers. Sed quid sit ille C. de iure emphiteuti. & generalius Bartol. in d. §. si quis propter num. 1. cuius sententiam, & explora contraria Petri à Perusio, & Philippi Cornei, & veriorum, & receptiorum esse, ac omnino in praxi sequendam testatur Bartholomeus Socinus in l. cum filius 78. §. in hac, num. 8. ff. de verb. obligat. Abbas Panormitan. num. 3. Felin. num. 1. & 5. vbi id alias eleganter confirmat, & Paulus Parisius num. 1. & 4. in cap. viginti 5. de praescription. idem Socin. regul. 134. Iason. in d. 2. num. 185. vers. Pro confirmatione, C. de iure emphiteuti. Zepola de seruitut. verb. praedior. cap. 24. num. 10. & 11. latè Franciscus Balbus, plura Romani, & Alexandri consilia referens, de praescriptio. 4. p. 4. part. 1. q. 18. & 29. per totas, Tiraquel. de reuocatu consanguinitatis §. 35. glo. 4. num. 37. Dom. Praes Couar. in

reg. possessor 3. part. §. 3. ex num. 1. Bernard. Diaz, & ad eum late Salzedus, innumeros congregens, regul. 571. Otauianus Cacheranus decif. Pedemontana 69. num. 20. Donatus à Fina in Enchiridion conclusionum lib. 1. verb. prescriptio. vers. Præscriptio licet curat, inter regulas iuris DD. lib. 14. sub eodem verbo, & inter communes opiniones tom. 2. lib. 7. titul. 2. num. 54. Mauritiu de in integr. restitut. c. 59. num. 10. Dominus Anton. Padilla in l. 2. num. 24. in 8. intellectu, C. de seruis tibus, & aqua Marcus Antonius Eugenius consil. 40. num. 14. lib. 1. Hieronym. Ceualus practiar. quast. communium contra communes tom. 1. quast. 48. n. 1. Cardin. Dominicus Tufchus pract. conclus. tom. 6. lib. 3. conclus. 526. numer. 42. 44. & 45. D. Ioan. Baptist. Valenquela consil. 33. num. 243. nouissime Petrus Barbosa in commentariis ad l. 3. ex n. 301. C. de prescriptio. 30. vel 40. anorum.

36 Quinimo plerique ex his, * atque alij, quorum ipsi meminere, maxime D. Couart. & Ignatius Salzedus supra, Ceualus dist. quast. 48. num. 5. & 11. adeo contra ignorantem currere præscriptionem censent, vt aduersus illum, maxime si sit longissima, puta triginta, vel saltem quadraginta annorum, nec restituito ex capite ignorantia admitatur. idque generaliter contra communem verius esse multis probate conatur Federicus Scotus tom. 2. respons. num. lib. 4. respons. 1. ex num. 10. Antonius Thefaurus decif. Pedemont. 134. à num. 5. & 9. Pinellus in authent. nisi triennale num. 59. Cod. de bonis maternis, Sarmientus selectarum interpretationum lib. 2. cap. 10. per totum, Menchac. controuers. illustrissim. cap. 75. à num. 2. Fachineus lib. 1. controuers. cap. 69. Ioannes Petrus Fontanella, latissime post omnes disputans, ac sic tandem resoluens quoad restitutionem maiorem ex capite ignorantia, de qua loquimur, tom. 1. de pactor. nuptial. clausu. 4. gloss. 12. à num. 29. & 80. ad 10; Anton. Faber. sic in Sabaudie Senatu iudicatum referens, in Cod. lib. 2. titul. 23. definit. 1. Euerard. Bronchorst. miscellaneorum controuersiarum cent. 1. assertio 30. cuius articuli indagatio non est præsentis loci; tamen fateat, quicquid illi dixerint, à communi * sententia, que indistincte restitutionem concedit, tanquam æquiore, ac tutore, non esse in praxi recedendum, prout eam declarant, ac sequuntur post alios, nedum communem sed & magis communem esse professi, contrariisque satisfactientes, Aymon Crauenta de antiquitate temporum 4. p. materia ista, à n. 49. & conf. 20. à n. 35. Rolandus à Valle conf. 68. à num. 10. vers. Verum his, & conf. 72. à num. 46. volum. 5. Sfortia de restitut. in integr. part. 2. artic. 5 & 6. quast. 90. Iosephus Ludouicus decif. Lucen. 52. num. 47. Stephani Gratiani disceptat. forens. tom. 1. cap. 1. 18. num. 5 & 6. in l. 2. num. 8. Sanchez de matrimoni. lib. 7. disputat. 37. num. 22. versicul. 5. Hercules Marefcotus variar. resolut. lib. 1. toto cap. 16. Trentacinquus pract. resolution. lib. 2. resolut. 1. de restitut. in integr. num. 2. & 3. vbi que à versicul. Videte igitur domini, usque in finem, ac relati à Fontanel. vbi supra num. 46. nouissime Barbosa in dist. 13. ex num. 313, & 312. secundum quem in Neapolitano Senatu non semel iudicatum esse testatur Afflictus decif. 37. num. 1. & 2. & decif. 329. ex num. 1. & vbi que Cæsar Vellus, qui etiam * in centenaria præscriptione restitutionem ex capite ignorantia concedendam esse longè verius existimat, vt & docuerat Cagnolus ad l. qui in alterius 42. sub num. 1. ff. de reg. iur. & secundum vtramque sententiam in Rota Romana iudicatum refert Farin. decif. nouissimam p. 3. sine posthumarum p. 1.

decif. 3. esseque etiam secundam hanc sententiam communem vltra congestos à Farinac. ibi nu. 2. restantur plures alij, relati à Ceuallo d. 9. 48. num. 3. quibus addo Trentacinqu. d. res. in integ. num. 1. circa fin. vers. 3. & vlt. post principium, quam tamen ego valde dubiam censeo, vel ex eo * quod 39 alias nullus esset litium finis, contra potissimum præscriptionem inducendæ finem l. fin. ff. pro suo, iuncta l. 1. ff. de vsuc. quo fit, vt est in hac specie quis ignorans iure suo priuatur, adeoque sine culpa puniatur, non tamen id absque causa fiat * quod 40 in iure incognitus non est, reg. sine culpa 23. cum adductis à gloss. & omnibus lib. 6. ac notat præterea glossa elegans verbo culpa caret, vers. Vel dicas, in cap. 2. de constituti. & verbo sine sua propria culpa, in fin. in cap. finali, de eo qui cognouit consanguinitatem vxoris suæ, & vbi que communis, quam resoluunt, & eleganter comprobant D. Couart. var. resolut. lib. 2. cap. 8. n. 1. D. Ioannes Molozano de iure Indiarum lib. 2. c. 11. n. 32. Maneat itaque contra ignorantem ius suum, regulariter præscriptionem currere, licet ex capite ignorantia restituito competat.

Nec obstat Text. in d. l. cum sex, cum similibus, 41 quia procedunt in Prætoris actionibus, que non producentur inesse, nisi cum meta certi temporis vitilis, quod non currit non valentibus agere, l. 1. ff. de diuersis, & temporalibus prescript. adeoque huiusmodi actiones contra ignorantem nunquam præscribuntur, gl. vlt. ad fin. in l. 2. C. de iure employ. id quod longe aliter se habet in actionibus * ciuilibus, 42 sui natura perpetuis, in quibus certum tempus ad agendum statuitur, quod in dubio præsumitur continuum, vt satis colligitur ex l. 1. num. quam 31. §. in vsucapionibus, iuncta gloss. 1. ff. de vsucap. & docuit apertius Accursius ad glossam rubricam §. illo tit. de diuersis, & temporalibus prescript. vers. suam finem, vers. Sed hic notandum, & ad l. 1. eod. tit. verbo dies in fine, receptus à Bart. & omnibus vbi que, Paulo Castrensi, qui vocat eam glossam magistratam in d. §. in vsucapionibus, & conf. 220. numer. 1. vers. Nec etiam obstat, lib. 1. Balbo de prescript. 1. p. 4. part. 1. princip. 2. tit. num. 1. & 2. Tufcho d. concl. 527. num. 40. Anton. Fab. tom. 1. de erroribus pragmat. decade 3. error. 9. quicquid latè inuoluit Tiraquellus d. gloss. 4. ex num. 10.

Sed & si maiorem propositionem supra allati 43 argumenti fateamur, & minorem quoque, ac eius præsuppositum nempe debiti declarationem à Hieronymo in Andree fauorem emanatam ipsius Andree respectu factum fuisse alienum, adeoque ab eo verisimiliter ignoratam esse adhuc tamen secundo loco præstat obiectioni sic non inlubriliter occurrere posset, non esse scilicet computandum tempus præscriptionis debiti, ac eius declaratione per debitorem facta * que nihil noui 44 induxit iuxta regulam l. sine autem 8. §. sed si quærat, ad finem, illic: Non debet seruius constitui, sed qua est declarari, ff. si seruius vendiderit, l. heredes palam 21. §. 1. ibi: Nihil enim nunc dat, sed datum significat, ff. de testam. l. adeo 7. §. cum quis, vers. Videtur, illic: Non nouam speciem facit, sed eam, qua est, detegit, ff. de acquir. hered. ver. dominio, cum adductis ab Anton. Gabriele, qui latè eam regulam prosequitur, & explicat, lib. 6. communium conclus. tit. 1. de regulis iuris, conclus. 3. per totam, sed computandum potius id tempus fore ab ipsa obligatione vera, ac reali, que & potuit multo ante contracta esse, & proprium creditoris factum saltem in genere, propter simultaneam aliquod negotium, ex quo obligatio illa quæ alter sibi tenebatur, descenderet, regulariter supponit, atque

45 atque adeo * omnimodam eius ignorantiam innocens reddit, ex regul. Text. l. quantum 7. ff. ad S. C. Velleia. cap. ab excommunicato 41. illic: Qui de factis suis certus esse debet, de rescriptis cum adductis à gl. & DD. vbi que, gl. verbo causa, vers. Sed in suo non, in l. 3. ff. de iur. & facti ignor. & gl. vlt. in l. fin. ff. pro suo, Greg. Lop. gloss. 1. & 2. in l. 14. titul. 29. part. 3. Malcard de probat. concl. 879. num. 40. Menoch. de presump. lib. 6. presump. 13. num. 32. Ioannes Gutierrez de iurament. confirmat. 3. p. cap. 18. numer. 1. in princip. Farinac. fragment. crim. 1. p. lit. P. à num. 207. Pechio, & Causilio in reg. ignor. lib. 6. Pro quo, & facit * quod patrimonij sui vires quisque scire præsumitur, l. quisquis 15. Cod. d. rescind. vendit. iunctis, que vltra DD. communiter, ibi notatur gloss. verbo non poterit, vers. Sicut, in dist. l. quantum gl. verbo non ignarus, in ant. sed cum testatur, C. ad l. falsid. gl. verbo de facto, vers. Quia non est, in d. c. ab excommunicato, Speculator lib. 3. tit. de rescind. vendit. in princip. num. 11. ad fin. Ant. Gabr. comm. concl. lib. 6. tit. de reg. iur. conclus. 5. num. 25. Greg. Lop. in l. 6. gl. 4. versus finem, vers. Sed noue, titul. 5. part. 1. 5. Malcard de probat. lib. 1. conclus. 554. per totum, & lib. 2. concl. 1100. alias 1105. num. 18. Menoch. dist. presump. 23. numer. 33. Hermosi. ad Greg. Lop. dist. gl. 4. num. 82. & que ex Anchar. & aliis tradit Petr. Surdus decif. 179. num. 8. Ad patrimonium autem, * seu bona cuiusque etiam iura, & actiones pertinere certum est, l. si legatus 308. 1. ff. ad S. C. Trebell. l. Princeps, 21. l. honorum 49. vers. Et que bonis, cum relatis à Gotofredo lit. 1. alias G. & l. meorum 91. ff. verbor. significat. & post alios notatur Pinellus in rubric. C. de bonis maternis, in princip. Parador. lib. 2. verum quotidianarum cap. fin. 3. p. §. 1. num. 4. Iosephus Sello decif. Aragon. 52. n. 34. lib. 1. & decif. 122. à num. 8. lib. 2. quibus positus, nullum est inconueniens, præscriptionem, semel contra defectum legitime exceptam, contra eius heredem continuari.

46 Caterum, re attentius considerata, secunda hæc solutio subtilis magis est, quam vera, nam quod attinet ad regulam vulgo sumptam ex d. l. quisquis, illa quidem parum tuta est, variæque à Doctoribus declarata, ac restricta, vt apud relatores præced. num. videre est, imo contraria longè verior, que planè deducitur ex §. in fraudem (alias §. praualluisse) vers. Sæpe enim, in ist. quibus ex caus. manumit. liceat, vel non, eamque optime probat, nec rectè præcedentem ex dist. l. quisquis deduci ostendit Pinellus in l. 2. Cod. de rescind. vendit. p. 1. cap. 2. num. 15. & 30. cum segg. Mangilius de impuat. 9. 113. num. 8. nouissime Anto. Merenda controuers. lib. 1. cap. 41. per totum, Ruffus nec tuta magis est, maxime in casu nostro, altera regula, quod factum, seu negotium proprium, ex quo quis alterum obligatum habet, non sit ipse ignorare præsumendus. Tum * quia factum, ac negotium illud potuit esse implicitum, in quo ea regula non procedit, vt ex l. penult. vers. Si vero §. de confessis decif. Bar. in l. 2. num. 7. ff. eod. tit. & communis, quam vltra relatos ab eius addit. lit. E. resoluunt Marant. in repet. lit. potest, num. 227. in 4. limit. ff. de acq. hered. Ioan. Gutier. dist. 3. p. de iuram. confirm. cap. 18. num. 1. vers. Hac reg. And. Gail. pract. obseru. lib. 1. obseru. 48. num. 107. vers. Item si factum, Sfortia de in integr. rest. p. 1. g. 8. numer. 28. Menoch. de presump. lib. 6. presump. 23. 41. aut potuit * ab eo fieri, dum multis negotiis præpeditus esset quo etiam casu facti proprij ignorantia dari potest, vt resoluunt idem Maranta dist. numer. 227. in §. limit. Sebalt. D. D. Vela dissertat. Iuris Tom. I.

Medicis de casibus fortuit. p. 1. quast. 3. num. 11. & 18. Menoch. dist. presump. 23. num. 47. & 48. Vincent. Hondedeus conf. 55. numer. 57. & §. 8. lib. 1. potuit & factum antiquum esse, quod & si proprium, similiter ignorari verisimiliter potest, argum. Text. in l. peregr. 44. ff. de acquir. poss. l. furto 37. §. 1. in fin. iuncta gloss. pen. & communis, ff. de vsucapionib. & §. quod autem ad eas res, iuncta gloss. verbo propter absentiam, in ist. cod. tit. & in terminis docuit Dynus in reg. præsumitur ad fin. vbi alios congerit additio, de reg. iur. in 6. Bart. in d. l. 2. num. 7. ff. de confess. in l. qui fundum 7. §. seruis meus num. 1. ff. pro emp. & in l. si quis delegauerit 1. 2. §. fin. numer. 2. ff. de nouat. ac post alios Maranta d. num. 227. limit. 3. Medicis d. 9. 3. num. 17. Gutier. d. c. 18. num. 2. Gail. d. obseru. 48. num. 20. Tufch. pract. conclus. tom. 4. lit. 1. conclus. 22. num. 15. Tum deinde, * quia memoratum debitum declaratum, potuit descendere non ex facto proprio Andr. Philippo, in cuius fauorem facta est declaratio, sed alieno, puta ex negotio eius gesto, cum absens, & ignorans esset, l. 2. cum segg. ff. de neg. gest. vel ex legato ipsi relicto in testamento, in quo Hieronymus debiti declarator heres scriptus fuisset, aut ex simili alia causa. Quapropter secunda solutio reiecta, prior, vt pote verior ac solidior omnino amplectenda est.

Tertio adferrebat ad euerendum superius 47 fundamentum, quod Hieronymus in declaratione à se in inuentario facta palam asseruerat, ipsius bona fore obnoxia solutioni debiti memorati; atque adeo fateri vilis est, obligationem illam hypothecariam esse, cui à debitore, vel hærede eius, minori quam triginta annorum tempore minime apud nos præscribitur, quemadmodum apparet ex sapius commemorata l. 63. Tanzi, & simili l. 6. tit. 15. lib. 4. noua compil. iunctis que citæ eorum intellectum vtiliter vltra alios notatur Michael Ziphontanus, & Didacus Castellus in d. l. 63. ad finem, Gomezus Legionensis in cenuria decisionum, decif. 50. num. 3. Paradorius lib. 1. verum quotidianarum cap. 1. §. 16. num. 3. & Azueus in dist. 1. 6. compilat. num. 43. & 44. Quæ * tamen obiectio, præcedentibus longè debilior est, multoque minus habet negotij, tum quia Hieronymus in inuentario non hoc egit, vt se denud obligaret, sed tantum, vt præcedentia debita declararet, vt diximus num. 43. & 44. tum etiam quia non dixit, ipsius bona esse pro solutione hypothecata Andree Philippo, sed tantum esse ad eius debiti solutionem obligata in consequentiam videlicet persone, sive vt ex hac enunciatione constaret, id se dixitaxat habere in bonis; quod detracto eo debito, ac alijs per ipsum declaratis, superesset, vt & alijs iure iunct, cum bona tantum intelligantur, quæ superius deducto æte alieno, iuxta regulam Text. in l. nullier bona 72. in fin. princip. ff. de iure dotium, l. falsignatum 39. §. bona, cum relatis ab Accurt. gloss. 1. & Gotofred. lit. S. de verbor. significat. ac nouissime ab Antonio Ditz de salariis liberor. 2. p. quæstionis, num. 66. facit Text. in l. qui ex liberis 11. §. de flammato, illic: Cum capite fortunæ quoque suis, ff. de bonor. possess. secundum tabul. Est enim * apud nos non parum vltatum, cum matrimonium contrahitur, huiusmodi inuentarium, seu bonorum descriptionem fieri, vt apparere postea possit, quæ cuiusque coniugis eo tempore propria fuerit, & eo modo quilibet à necessitate id probandi deciceps releuetur, cum alioqui omnia bona * que soluto matrimonio reperia fuerint, vt utriusque communia præsumantur, ex recepti

in Hispanie consuetudine, nominatim probata in l. 203. styli, ubi obseruat D. Cristophorus de Paz num. 10. & 11. post Montalium a se relatum, & Melchior Palacz a Mieres (inde * inferens in dubio potius esse standum testibus deponentibus huiusmodi bona communia fuisse) in rr. de maior. 4. p. 9. 20. num. 14. iuxta veterem editionem, & num. 108. & 109. iuxta nouissimam, ac nouissime eadem consuetudo probata est in l. 1. ritual. 9. lib. 5. nona compil. quae styli legem transcripsit. Nam & ob eam * causam vt ita fiat rectissime consulunt Roderic. Suarez in l. 1. tit. de las ganancias, lib. 3. fori, numer. 24. circa finem, vers. Dico quod remedium, Palac. Rub. in repetit. rubric. de donation. inter §. 60. num. vlt. ad fin. Ant. Gomez ad l. 53. cum duabus seqq. Tauri, num. 70. vers. Et sic erit, Matiençis gl. 2. & Azcuedum. vlt. m. fin. in d. l. 1. tit. 9. lib. 5. compil. idem Matiençis in lib. 3. eiusdem titul. gloss. 8. numer. 2. Hieron. Ceuall. practica. quest. tom. 2. quest. 589. num. 3. & 4. addens tamen num. sequenti etiam constante matrimonio eiusmodi inuentarium fieri legitime posse, dum tamen fiat iudicis autoritate, & citata parte vxoris, vel eius defensoris, prout ipse ex facto consultus recte quidem respondit.



DISSERTATIO IX.

De prescriptione debiti quoad bona vxoris paraphernalia, & aduenticia filijfamilias, an & quando locum habeat?

S V M M A R I A.

- 1 Prescriptionem contra vxorem matrimonio durante, velut agere impeditam iure Regio non curere existimantur Palac. Rub. & Didaci Castellus.
2 Prescriptio contra filiumfamil. patria potestate durante, non currit, & quare & de intellectu num. 10. & seqq.
3 Filiusfamil. absque patris consensu iudicium ingredi non potest. ibid. & de intellectu a n. 13.
4 Vxor iure Regio absque mariti licentia contrahere, & alienare prohibetur.
5 Prescriptio, alienationis verbo cominetur, & late a num. 42.
6 Palacy Rubei, & Didaci Castellus sententia, num. 1. relata frequentius explosa est.
7 Vxore vitute consuetudinis absque mariti licentia contrahere, & alienare impedita, adhuc contra eam prescriptionem curere docuit Ioan. Faber. ibidem.
8 Michael Ziphontanus in eo articulo, vitrum contra vxorem matrimonio durante prescriptio curat, nec ne? dubius extitit, prius affirmatiuam sententiam docens, & tandem in negatiuam magis inclinans, ob id, quod in filiofamil. traditum est, inter quem, & vxorem nullam se differentia rationem inuenire proficitur.
9 Differentia ratio inter vxorem, & filiumfamil. optima fuit excogitata a Roder. Suarez, qui & si in eodem articulo negatiuam sententiam inuenit amplecti, postea tamen grauior aetate, multa in practica expertus & maturius cogitans, affirmatiuam magis probauit, quoad bona vxoris

- paraphernalia, non etiam quoad dotalia, vel archalia, cuiusque sententia plures auctores recensentur, quam auctor sub certa declaratione, ac distinctione amplectitur, a num. 28.
10 Aduocatus inuenis frequentiter errare solet, secus vero magis expertus, qui & in iure instructus praesumitur. ibidem.
11 Paraphernalia bona qua dantur. ibidem.
12 Vxor, etsi pro rebus quoque paraphernalibus, vel nominibus sibi extra dotem debitis, absque mariti licentia agere in iudicio impediatur, potest tamen impedimentum remouere, iudicem aduocando, qui ad eam concedendam maritum cogat.
13 Impeditum non dicitur, nec ut talis contra se prescriptionem euitat, qui impedimentum facile remouere potuit, & in eo fuit negligens.
14 Prescriptio aduersus filium, patria potestate durante, non currit in illis bonis, in quibus patri ususfructus quirit, quod in maternis, vel alijs aduentitijs regulariter est.
15 Pater bonorum aduentitiorum filiofamil. vel aliorum, in quibus ususfructum habet, est solus, ac legitimus administrator tam in iudicio, quam extra.
16 Prescriptio aduersus filium, patria potestate durante, non impeditur in illis aduentitijs bonis, in quibus patri ususfructus non queritur.
17 Hac regula procedit planius, in illis aduentitijs, in quibus patri ab initio ususfructus quirit non patuit (que remissimè recensentur) pro quibus filiusfamil. perfecta aetate constitutus, potest absque patris consensu per se in iudicio agere.
18 Idem obinet in illis aduentitijs, in quibus ususfructus patri quirit potuit, ceterum eius factis, sine renuntiatione tacita, vel expressa, et quastus non est, licet pro his filiusfamil. perfecta aetate constitutus agere in iudicio nequeat absque patris consensu.
19 Lex fin. in princ. vers. Necessitate, C. de bonis qua liberis, in verbo, non iudicium sine patris voluntate videatur consistere, rectissime cum Othone, antiquo glossographo frequentius intelligitur in bonis aduentitijs filiofamil. in quibus vel patri ususfructus ab initio fuit quastus vel quirit patuit, licet eius factis quastus non fuerit.
20 Cap. fin. in fine, de iudicijs, lib. 6. in vers. Nec alias optime intelligitur.
21 Lex 7. tit. 2. & l. 8. vers. E esto es, tit. 29. part. 3. ac l. 11. vers. E errof el fijo cum l. seqq. tit. 17. p. 4. prohibentes ne filiusfamil. absque patris consensu iudicium ingrediatur, non procedunt in bonis aduentitijs filij, in quibus ab initio patri ususfructus quirit non potuit sed in quibus, vel ei quastus est, vel quirit potuit, tamen si patri factis non sit eadem quastus, & contrarium docentes taxantur.
22 Lex noua generaliter loquens, non corrigat casus speciales legis antiquae.
23 Differentia ratio traditur inter bona aduentitia, in quibus patri ususfructus iure negatur, & ea in quibus illi conceditur, sed illo se pater suo facto priuatur.
24 Parladorius, simpliciter affirmans, filiumfamil. in iussu patris non recte executionem postulare, aut iudicium mouere, accipiendus est de bonis aduentitijs, in quibus vel patri ususfructus est quastus, vel quirit potuit, licet eius factis quastus non fuerit.
25 Filiumfamil. licet in bonis, in quibus patri ususfructus

- Fructus quastus non est, ob ipsius patris factum, renuntiationem tacitam, vel expressam non possit absque eius licentia in iudicio experiri, potest tamen impedimentum remouere, & aduocando iudicem, qui patrem ad eam concedendam compellat.
22 Prescriptio currit contra filiumfamil. in bonis aduentitijs, in quibus patri ob eius factum ususfructus quastus non est, quia potuit eum cogere, vt sibi ad agendum licentiam concederet.
23 Pinellus, & Barbosa, contrarium cum Accursio existimantes, nempe prescriptionem in eo casu ipso iure aduersus filiumfamil. non curere, reselluntur, & eorum fundamentum sit satis, & duobus num. sequentibus.
24 Filiofamil. non est inuerecundus, aut inhonestus id facere, ne res suas amittat, quod sibi ius permittit, puta petere patrem compelli, vt sibi licentiam praestet ad agendum.
25 Filialis timor non tenem filiumfamil. excusat, quod aduersus patrem non egerit, vt sibi ad agendum licentiam praestet, si alias pater esset nimis austerus in filijs, valdeque molestus ferret, eos paternae voluntati opponi, idque liquido iudici probauerit.
26 Idem procedit in vxore respectu mariti. ibidem.
27 Parladorius absolute docens, prescriptionem l. 63. Tauri, non curere aduersus filiumfamil. qui in sacris paternis est, omnino exaudiri debet de prescriptione quoad bona aduentitia, in quibus patri cum effectu ususfructus quastus est, non de illis, in quibus non est ei quastus, vel ob ipsius factum, vel quia ei ab initio quirit non potuit.
28 Maritus iure Regio Castella omnium vxoris bonorum, etiam paraphernalium cuiuscumque generis, legitimus administrator est, ratione dimidia patris fructum, ad ipsam eo iure spectantia.
29 Quae sententia respectu bonorum paraphernalium, qua ab vxore marito sunt tradita, indistinctè procedit, nec in his cogi ad iudice maritus potest, magis quam in dotalibus ad consentiendum vxori, circa illa in iudicio comparere volenti.
30 Paraphernalia bona marito tradita dotalibus in multis etiam olim equiparata sunt, ibidem.
31 Paraphernalium bonorum, qua marito tradita non sunt maritus non est legitimus administrator priuatiuè, ita vt vxori potius administratio denegetur sed cumulatim cum vxore, ita vt illa quoque administrare possit, quoad tamen inter utrumque adhibita differentia.
32 Administratio bonorum paraphernalium vxoris marito traditorum, ipsi marito iure quoque communi, absque vxoris interuentu permittitur.
33 Maritus nostrati iure ad paraphernaliam bonorum, qua ipsi tradita non sunt, administratiorem non tenetur vxoris consensum, praeter alienationis casum, requirere, nec ad agendum potest tam in iudicio, quam extra.
34 Maritus iure communi in bonis receptitijs, siue paraphernalibus, ipsi non traditis, ad agendum pro vxore, absque cautione de rato non admittitur.
35 Rodericus Suarez putans, etiam hodie, principale actionis exercitium in paraphernalibus, vxori non traditis, in ipsa resideat, non vero in marito taxat.
36 Vxor iure Regio, mariti consensum ad agendum

- pro bonis receptitijs, siue paraphernalibus marito non traditis, exigere tenetur, & cum praesentem renitentem compellere ad consentiendum potest iudicis officio, exemplo filiofamil. respectu bonorum aduentitiorum, quorum ususfructus pater in eius fauorem renuntiauit.
37 Vxor compellere non potest maritum, vt ipsi licentiam praestet ad agendum pro bonis paraphernalibus marito non traditis, si is esset priuatiuè legitimus eorum administrator, nec penes vxorem quoque saltem quoad hac actionis exercitium remaneret de mariti licentia.
38 Don Franciscus Carrasco, pro comperio habens, vxorem etiam hodie posse ab initio paraphernalia bona sibi reservare, idque in dubio, si ea marito non tradiderit, sic esse censeri, resellitur.
39 Parladorius absolute, & generaliter docens, id quod ex rebus non dotalibus vxori debitum est, absque eius consensu, vel mandato, non rectè etiam hodie maritus solum, exploditur.
40 Administratio mariti quoruncumque vxoris bonorum, etiam paraphernalium, qua ipsi marito tradita non fuerint, non potest, in iudicio iure Regio, per vxorem, vel eius heredem impugnari, & quare?
41 Administratio bonorum paraphernalium marito traditorum, per ipsum maritum, facta, non potest per vxorem, vel eius heredem impugnari, etiam iure communi. ibid.
42 Coniuncta persona, qua simul legitimus administrator sit, & ususfructuarius bonorum, rectè ac iure soluitur, ibid.
43 Decisio incidens Hispalensis Senatu refertur ac duobus, seqq.
44 Sententia si pro diuortio lata sit, & in rem iudicatam transacta, non satis expeditum est, vitrum mariti legitima administratio denegetur, solumque vxori competat, & si soli competere vxori, ac receptor sententia est, remissimè.
45 Idem procedere factis diuortio, sine ibori separatione inter coniuges propria autoritate, ob ipsorum discordiam, existimant Ioannes a Montealegre, cuius sententia taxatur, maxime ubi maritus discordia, & separationi causam non dedit.
46 Lex vnic. §. 1. ff. vnde vit. & vxor, intelligitur, ibid.
47 Diuortium iure communi Romanorum propria coniugum autoritate passim fiebat, & permittatur iure vero Pontificio, absque Ecclesiae autoritate omnino prohibetur. ibid.
48 Alienatione prohibita, non censeri prohibitam vsucapionem, seu prescriptionem docent nonnulli, quorum sententia, reseruit, missi sub certa distinctione, & num. 47.
49 Articulus iste valde conuictus est, & varijs distinctionibus inuolutus. ibid.
50 Alienatione rei, aliqui alienabilis, legitime a lege, vel homine prohibita, itaui alienationis titulum efficiat, ac nullum reddat, & prohibita quoque censetur vsucapio, siue ordinaria praescriptio.
51 Prohibitio legalis absoluta, regulariter titulum inficit ac nullum reddit. ibid.
52 Prescriptio ordinaria, longi scilicet temporis, alienatio legalis est, & alienationis verbo continetur.
53 Prescriptio ordinaria, siue longi temporis, procedere non potest ex infestione tituli, si alienatio a iure, vel homine fuerit inhibita.
54 Prescriptionem etiam longissimi temporis, sub alienationis prohibitione exclusam censeri existimant